



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Francisci Toleti S. R. E. Cardinalis Svmma Casvvm  
Conscientiæ, Sive De Instrvctione Sacerdotvm Lib. VII**

**Toledo, Francisco de**

**Coloniæ Agrippinæ**

11. De modis, quibus proximo possumus velle malum temporale, & de  
sc[h]ismate.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40916**

hibere, & filij reuerentiam patribus, quamvis intercedat ini-  
micitia. Similiter serui dominis, & domini seruis: maiores in-  
ferioribus, & cōtra. Aliquando tamen licet ex parte supe-  
riorum patrum, dominorum, negare sua officia ad tempus  
inferioribus, in pœnam peccati eorum; potestq; pater filium  
inobedientem, vel qui commisit aliquid in ipsum, domo-  
pellere ad tempus, in pœnam; dummodo malum spirituale  
non sequatur, vel alia grauia mala, aut scandalum. Ritus, o-  
mnes tenentur inimicis iniuriam remittere quantum ad odii  
& voluntatem mali; sed non tenentur remittere debitam fa-  
tisfactionem: immo aliquando melius est remittere. Unde vi-  
dua pauper, filios habens, quos sustentare non valeat, non  
netur viro homicidæ remittere, nisi iustum alimentum sub-  
ministraret, cūm possit. Similiter cum homicida litigans, qua-  
homo ille est iniquus, non tenetur desistere à causa; immo ip-  
sam sequi, donec suspendatur deposito tamen odio ipsius per-  
sonæ, & solum ob iustitiae zelum. In componendis igitur pa-  
cibus, & litibus odij depositio curanda est, sed non est petenda  
satisfactionis remissio, nisi iusta sit.

*De modis, quibus proximo possumus velle malum tempora-  
le, & de schismate.*

C A P V T XI.

**Q**UAMVIS vnusquisque teneatur proximum diligere, nulli malum volendo, vt dictum est; sunt tamen ali-  
qui casus, in quibus licet malum velle, seu odio habent  
aliquem.

Quorum primus est, ratione ipsorum peccatorum: Licet  
nim odio habere aliquos, ratione iniquitatis, iuxta illas pal-  
mi: *Ini quis odio habui.*

Secundus est: Licet etiam velle, & desiderare malum tem-  
porale alicui, solum ob spiritualem emendationem ipsius,  
vt si quis esset superbus, & incorrigibilis, licet desiderateli-  
li infirmitatem, vel pecuniarum amissionem; vel aliud ma-  
lum temporale, per quod probabiliter sperari posuit ipsius  
correctio.

Tertius est, ob bonum spirituale contritionis, & aliorum:  
Licet enim hæreticis alios peruertentibus, & incorrigibili-

bus desiderare mortem temporalem à Domino , vt de medio  
ollantur, ne alios perdant secum.

Quartus est, ob iustitiam: licet enim peruersis hominibus  
comprehensis à Iudice desiderare suspensionem, ob zelum iu-  
stitiae; & vt à Iudice comprehendantur, & castigentur, vt com-  
pleatur iustitia. In omnibus his casibus, semper obseruan-  
dum est, ne desiderium hoc mali sit ob ipsam personam: tunc  
enim malum esset contra proximi dilectionem: bonum est,  
si tantum sit propter prædictos fines. Contra hanc chari-  
tatem proximi vnum est peccatum, putè scandalum, de quo  
inferius discutiemus: nunc tantum de schismate dicendum  
est.

Est autem schisma contra charitatem, qua parte est vno fi-  
delium inter se in ordine ad vnum caput. Est enim amoris, &  
charitatis vnire voluntates alias diuersas. Schisma igitur, vt ad  
præsens spectat, est rebellis, & spontanea separatio ab unitate  
Ecclesiæ. Cum enim quis non vult obedire Ecclesiæ, aut Pon-  
tifici, spontanea rebellione, dicitur schismaticus, & tale pecca-  
tum schisma est, quasi scindens, & diuidens homines à com-  
munione charitatis.

Schisma, vt heres, aliquando interius committitur, absq;  
opere exteriori, aut verbo, & tunc peccatum mortale est, sed  
nulli censuræ subditum.

Aliquando interius, simul & exterius est: & aduerte, quod  
aliquando est cum heresi, aliquando sine illa. Cum enim est  
error in intellectu contra fidem, est heres, & schisma, vt  
qui se separat ab obedientia Papæ, quia non credit eius pote-  
statem, talis schismaticus reputatur pro heretico, & eisdem  
substat poenis.

Aliquando tamen est schisma, cum non est talis error in  
intellectu, vt, qui credens quidem potestatem Papæ, tamen  
passione aliqua motus ab illius obedientia se subtrahit, iste est  
pure schismaticus: nam schisma est contra unitatem charita-  
tis, non contra fidem, & tale schisma substat excommuni-  
cationi Papali, non quidem in Cœna Domini, nisi  
sit cum heresi, sed à iure, quod habetur c.

licet, de electionibus, &c. nulli,  
dist. 19.